



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

An vita monastica saluet. tit. 231

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

afficient, quod solum meum est officium, propter me
 ipsum, tunc mihi furantur gloriam meam, & idè
 gratis colunt me, id est, non impetrabunt iustitiam,
 & in hunc finem vbique humane traditiones arguun-
 tur, Coloss. 2. 1. Timoth. 4. 2. Timoth. 4.

Tertiò, Paulus Roman. 14. quando dissentiebant
 fideles de esu carnis & de differentia dierum, &c. vbi
 quidam tribuebant salutem & iustificationem huius
 modi operibus, aliqui è diuerso docebant libertatè,
 vt inquit Paulus: Regnum Dei non est cibus nec po-
 tus, id est, non sunt causa iustificationis, sed iustitia fi-
 dei in Christum, pax de redemptione & gaudium de
 natura beatitudine consequenda, &cætera. Mandu-
 cans ergò non manducantè non iudicet, vt charitas
 nõ frangatur fratris, pro quo Christus mortuus est.

Quartò, Alia autem res est, quandò fides prelucet,
 & tunc propter ordinem omnia fiunt honestè, quate-
 nus charitas & vnitas conseruetur, & hoc docet Apo-
 stolus 1. Corinthiorum. 14. scilicet, quòd omnia fi-
 ant in nobis honestè & secundum ordinem. Hic obe-
 dientia superiorum Ecclesiæ habetur, quæ Deo pla-
 cet, sicut etiam contemptus displicet, Romanorum.
 13. Sic Paulus iubet obseruare traditiones suas, 2. Tes.
 2. & est decretum Apostolorum & seniorum concilij
 Hierosolymitani, Actor. 15. & 16. & Christus iubet au-
 dere Ecclesiam, Matth. 18.

AN VITA MONASTICA

saluet.

TITVLVS CCXXXI.

PRI Mò, in vita monastica duo sunt: Pri-
 mò, fides in Christum, in qua sunt bap-
 tizati, acceperunt remissionem peccato-
 rum; Spiritum sanctum, & omnia sacra-
 menta ante monasticè. In hac fide Chri-
 sti & communionem sacramentorum, omnes vnum su-
 mus

mus & æquales, Galat. 3. Non est distinctio interma-
sculum & fœminam, Imperatorem & rusticum. Ne
oportet prius esse Christianum, quàm Imperatorem,
Monachum, artificem, &c. De plenitudine ergo Chri-
sti oportet omnes accipere, Ioan. 1.

Secundò, ita se habet cum officijs personarum ac
statu vitæ: non fieri potest, vt omnes Christiani secun-
dum officium sint vnum & æquales: sed sub illa vni-
tate fidei sunt diuersi status & officia, sub illis officijs
exercetur fides Christi. Ideo hæc non sunt causa &
merita salutis & iustificationis: hoc solum Christus
est, 1. Ioann. 2. Ipse est propitiatio, &c. sed sunt media,
per quæ Deus operatur & distribuit vltiori iustifi-
cationis gratiam, & per quæ accepta iustificatio recu-
netur. Nam si secundum carnem homo vixerit, mo-
rietur, id est, amittet iustificationem, Roman. 8. & si-
ludem, 1. Cor. 6. Ephes. 5. Galat. 5. Fides igitur in se
est, per quod Deus acceptat & iustificat: at Spiritus
sanctus cum suis virtutibus reddit perfectiorem ius-
tificationem. est ergo vita monastica ad salutem æter-
nam possidendam, utilis quidem, non vt sit causa ef-
ficiens salutis æternæ. Habitus verò ac vestitus eius,
est vestitus pœnitentiæ, &c. sicut camelus Ioannis ba-
ptistæ, Mat. 3. fuit vestitus pœnitentiæ: pauperum opo-
rum habet verbum Dei, Matth. 19. Vos qui reliquistis
omnia &c: Sic votum & alia.

Tertiò, hæc distinctè accipienda sunt, hæc vita mo-
nastica, hoc opus meretur salutem & iustificationem
æternam, & hæc vita & hoc opus est seu deseruit ad
possidendam, fruendam & acquirendam vitam æter-
nam. Primum solum transfertur in Christum, alie-
rum donatur vitæ & operi ex gratia, id est, promissio-
ne propter Christum. Sic Matt. 25. de possessione inquit
Christus: Venite benedicti, possidete regnum, &c.

Quartò, quoniam lex varias habet promissiones
temporales, Exod. 20. Leuit. 26. Deuter. 28. & Euan-
gelium.

gelium etiam pro calice aquæ frigidæ decernit præ-
mium. Mat. 10. iam etiã omnes cæremoniæ compræ-
henduntur sub lege. ergo sunt Deo grata omnia, ma-
ximè quæ ex fide fiunt in laudem & gloriam suam,
sive sit oratio, vt publicani cum percussione pectoris,
Mat. 18. sive vestitus, Matth. 3. vt Ioannes de camelo
habuit tunicam, &c. Ergo omnes cæremoniæ in vita
monastica, siue vestitus, locus, cibus, potus, pauper-
tas, obedientia, castitas, &cæt. omnia illa habent sua
premia apud Deum, licet non primùm iustificent,
sed Christus per fidem, Rom. 3. Dabit cuiq; secundum
gradus operum, 1. Cor. 3. & 15.

Quintò, vita monastica sub Christi fide, licita est &
Deo grata: aliud fides, aliud vita, licet mundus ex-
tra habeat religionem, attamen S. Ioan. Baptista Mat.
11. qui etiam dæmoni dabatur, nihil nocebat opinio
tæ falsa, sed pergebat sic in castitate, obedientia &
paupertate & solitudine vsq; ad martyrium, Marc. 6.

QUID SIT CONCILIVM.

TITVLVS CCXXXII.

Primò, concilium est legitima congre-
gatio totius Christianitatis, vt dispi-
ciant, agant & decernant de vero scri-
pturæ intellectu, & vnitate in cultu di-
uino retinenda. Primò, legitima con-
gregatio, qã impossibile est omnes Christianos posse
habere. ideo quidam legitimè ordinantur & mittun-
tur, qui totam Ecclesiam repræsentant. Sic erãt Apo-
stoli, Acto. 15. Secundò, quòd caput Petrus illos ha-
bet vocare &c. Ideo cõuenticula hæreticorum non
sunt vera concilia ex Spiritu sancto congregata. Papa
regitur dicere debet Ecclesiæ defectum, Mat. 18. & cum
Ecclesia concludere, ac postea consensum totius Ec-
clesiæ cum sua anthoritate plebi diuulgare & pu-
blicare,